

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8987

Auteur(s) : Renaud, Saint-Évroult-Notre-Dame-du-Bois, Notre-Dame (abbé)

Auteur(s) : Mériel, Notre-Dame du Val (abbé)

Auteur(s) : G. de Montfort [particulier]

Bénéficiaire(s) : Hugues [chevalier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1194

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

Au nom du pape Célestin III, l'abbé R[enaud] de Saint-Evroult, l'abbé de Notre-Dame du Val et G. de Montfort arrangent un différend survenu entre le chevalier Hugues et plusieurs autres personnes au sujet d'un moulin à Trun.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Müller Harald, *Päpstliche Delegationsgerichtsbarkeit in der Normandie*, 12. und frühes 13. Jahrhundert, Bonn, Bouvier, 1997, 2 vol., t. 2, n° 101, p. 213-215.

Dissertation critique

Date : 1194, été-automne.

Texte d'après a

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere peruenerint, R. Sancti Ebrulfi et Sancte Marie de Ualle abbates et G. de Monteforti salutem. Nouerit [uniuersi]tas uestra nos mandatum domini pape Celestini III. in hac forma suscepisse :

Celestinus episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis R. Sancti Ebrulfi et Sancte Marie de Ualle abbatibus et G. rectori ecclesie de Monteforti de prouincia Rothom(agensi) salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est apostolatu nostro Hugo de [...], quod cum Rog(er)us filius Uig(or)i et W. qui sunt de eadem prouincia, portionem cuiusdam molendini in territorio de T(r)um existentis ad ipsis de iure spectantem sibi pignori obligassent et ipse eandem portionem in ipsius prouentibus aliquamdiu pacifice possedisset, predicti R. et W. ipsum postmodum coram procuratoribus [...] Rothom(agensis) archiepiscopi super hoc traherent in causam, dampna sibi plurima et iniurias irrogantes. Cumque ibi se contra iusticiam grauari [sentiret, ad appellationis] remedium conuolauit, uerum idem procuratores appellationi sicut dicitur minime deferentes in eum excommunicationis sententiam promulgarunt. [Quoniam omnibus] iniuste grauatis auxilium tenemur apostolicum impertiri, discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus predictum H., recep[to] ab eo iuxta [...iuramento], quod uestro super hoc debeat parere mandato, absoluatis causam postmodum audituri et fine canonico appellatione postposita decisuri. Q(uod) [si non omnes etc. Dat. R]om(e) apud Sanctum Petrum III. idus iunii, pontificatus nostri anno quarto.

Hac igitur auctoritate partibus in nostra presencia more debito conuo[catis], testibus hinc inde productis, tandem fine amicabili in hunc modum controuersia conquieuit, uidelicet quod prenominati W. et Rog(er)us) et E. [et R. ...] Rog(er)i omne ius quod habebant in molendino Drui de quo querela uertebatur, et omnes querelas quas occasione molendini aduersus predictum H. militem [habeb]ant, ipsi militi precise dimiserunt ad tenendum sibi et heredibus pacifice et quiete. Et ipse H. miles W(i)ll(el)mo de Curia primogenito [et aliis querelas] habentibus terram et VII lib(ras) [An]d(egauensium) donauit. W(i)ll(el)mo uidelicet primogenito dimidiam acram terre ad C(r)ucem buxatam et quod habebat in dominio inter labe (ou labia (?)) molendini de uilla [... Mortuam] aquam. Et W(i)ll(el)mus coram nobis iurauit, quod donum illud quod est inter predictum Ber. et Mortuam aquam, nunquam uenderet, in uadium traderet. [Ea propter] predictis miles ipsi W. pro pace ista tenenda XXX sol(idos) And(egauensium) condonauit quos ei predictus W. de uadimonio debebat molendini. Rog(ero) uero filio Uig(or)i donauit unam uirgatam terram subter limitem de Ue(r)ne(rei) et XXX sol(idos) And(egauensium). Ernaudo uero et Rad(ulfo) donauit dimidium campi quod habebat de sursum limitem regium qui est inter limitem Neaufi et Oximarum (sic) proximiolem a limite Oximiarum, et IIII lib(ras) And(egauensium). Sepedicti uero f(ilius) W. et eius complices, tactis sacrosanctis euangeliis, coram nobis et multis aliis se fideliter concordiam istam obseruatuos astrinxerunt. Similiter sepedictus H. miles predictis hominibus et heredibus suis predictas terras in hereditate tenendas libere et quiete dedit et se huic concordie sacramento obligauit. Nos uero uolentes concordiam istam ratam haberi et illesam, auctoritate nobis commissa sigillorum nostrorum eam appositione roboramus.